

rum in Libris dispersas restituere diuersi fuerunt conati, quo pertinet IACOBI LABITTI *Index Legum omnium, quæ in Pandectis continentur, Parisiis 1557. 8.* inde additus Indici Librorum Iuris tam Pontificii quam Cæsarei per Ia. Baptistam Zilettum edito *Venetis ex officina Iordani Ziletti 1566. 4. Lipsiæ 1616. 8.* cum Wilhelmi Smuckii adnotationibus & *Lugduni Batavorum 1674. 8.* ad hanc Lugdunensem typis exscripta *Frankofurti & Lipsiæ siue potius Halæ 1724. 8.* editio, quam illustris Vir NICOLAUS HIERONYMVS GVNDLINGIVS elegantissima præfatione ornauit. Singularis ea huius Indicis est editio quæ *Geneuæ 1585. 8.* prodiit hoc titulo: *Indices Iuris varii, IACOBI LABITTI, ANTONII AVGVSTINI & WOLFGANGI FREYMONII ad Pandectarum & Codicis Leges, qua selecta ex ANTONII AVGVSTINI & WOLFGANGI FREYMONII Indicibus comparent ac breuiores vitæ ICtorum exhibentur additis constitutionibus Principum e Codice, seruata temporum ratione, adiectisque anno, mense & die, sed diatriba de quadruplici huius indicis vsu, desideratur, quæ tamen maxime est necessaria.* Eiusdem instituti sunt, HENRICI BRENCMANNI *Pandectæ Iuris Ciuilibis auctoribus suis & libris restituti, Amstelodami 1709. 8.* Exiguam quidem, eruditum tamen Opusculum; Speciminis loco eodem, *Alfeni Vari, tersi & elegantis ICti Fragmenta per Pandectas distracta, collecta ordineque disposita, præmissa ipsius Vita, exhibet. Quod*